

Amo Negotium Praesens Rigense simile est
Asino illi viridi cum auribus deauratis,
apud Aesopum, sui in foro publico exhi-
bito prima die multi mirabantur, se-
cunda pauciores Tertia & quarta nulli.

2^o Sicut omne Principium est grave atq;
acerbum nisi dulcescat spe futuri Exin-
de fructus, Ita credendum est Polonos
prima fronte ad famam istius Belli
exhorrescere et aesi perterritos stu-
pere, ubi vero animadvertent summoda
sua non solum libenter consenturos sed et
gratias acturos.

3^o Bene incipere est dimidium absolvere
et quoniam ita factum est ut unum pedem
iam bene fixerimus trajecto absq; difficul-
tate fluat. Non est dubium quin Utentio-
res Successus respondeant initio

4^o Quod hoc idem Negotium iam inceptum et
inchoatum venit ad Stateram Publicam et
trutinam Reipca optimo factum est consilio.
alioquin Principes Reipca diu deliberasset
vix declarasset post captam vero & conte-
statam litem recutare nec debet, nec potest
sine gravi ignominia sua.

Huius rei exemplum simile est Primum
apud Jurisconsultos, alterum apud Medicos
qui nemini suadebunt incedere in Pericula
Vita et Fortunae ricturas, sed postquam
quis incidit, curare et sanare semper
sunt parati.

Finis istius belli optimus nempe recupe-
randi Auulsa et ad pristinum Reipca
statum reducendi. ^{si successum} Sicut et breui post
deditronem Riga nulla erit difficultas
qua velimus stabilire et non tantum
approbabitur hac res cum applausu sed
Laudabitur et cantabitur exinde Nomen Dni.